

## Medusa

fabula terroris

Medusa est femina Graeca. in templo laborat. Medusa est sacerdos (priestess/sacerdotisa) Minervae. Minerva est dea. Minerva est dea sapientiae et belli. Minerva Medusam amat et Medusa Minervam amat.

quoque est deus. deus Medusam quoque amat. nomen deo est Neptunus. Neptunus est deus aquae et maris. Neptunus Medusam amat quod Medusa est femina sapiens et pulcherrima. Neptunus Medusam habere vult. sed est difficultas. Medusa est sacerdos. Medusa est custos templi. Sacerdotes maritos et uxores non habent. sed Neptunus flocci non facit (he doesn't care/no le importa). Neptunus est deus.

Neptunus Medusam cotidie sequitur. per urbem sequitur. domum sequitur. in templo sequitur. uno die, Medusa est sola in templo. Neptunus Medusam spectat et sequitur. et... Neptunus Medusam petit! eheu!

Medusa est perterrita. Minerva templum intrat et Medusam spectat. Medusa tristissima et perterrita est. estne Minerva custos sacerdotum? estne Minerva custos feminarum? Minerva flocci non facit. cur? quod Minerva est dea et templum Minervae est sacrum (holy/santo). Minerva est iratissima. Medusa Minervam petit vitae suae (for her own life/por su propia vida). Minerva Medusa amat, sed iratissima est. Minerva magicam facit.

Medusa se spectat. etiam est pulchra. femina est, sed femina non est. etiam manus et pedes habet. etiam caput habet. duos oculos et aures habet. sed difficultas est. Medusa capillos habet similes serpentibus! Medusa iratissima est! malum non fecit! Neptunus eam petivit! Medusa tristissima est. patrem et matrem spectare non potest. sororem spectare non potest. neminem spectare potest. cur? si (if/si) Medusam hominem spectaverit, hominem necabit.